



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

### **Conciliorum Omnium Generalium Et Provincialium Collectio Regia**

Ab anno MCXVIII. ad annum MCLXXIX.

**Parisiis, 1644**

IV. Qualiter praelati debeant cum subiectis hospitare.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-15588**

obſtant, præcipimus obſeruandum. Clerici ſane  
ſi contra formam iſtam quemquam elegerint, &  
eligendi potestate tunc priuatos, & ab ecclesiasti-  
cis beneficiis triennio ſe nouerint ſuſpensos. Di-  
gnum eſt enim, vt quos timor Dei a malo non re-  
uocat, ecclesiasticæ ſaltem coerceat ſeueritas diſci-  
plinæ. Episcopus autem \* ſi cui fecerit, aut fieri  
conſenſerit contra hoc, in confeſendis prædictis  
potestatem ſuam amittat, & per capitulo, aut  
per metropolitanum, ſi capitulo concordare ne-  
quiuerit, ordinetur.

## IV.

1. Thess. 2.  
2. Thess. 3.

Cum Apoſtolum ſe & ſuos propriis manibus  
decreuerit \* exhibendos, vt locum prædicandi au-  
ferret pfeudoapostolis, & illis, quibus prædicabat,  
non exiſteret onerosus: graue nimis, & emenda-  
tione fore dignum dignoscitur, quod quidam  
fratrum, & coepifcoporum noſtrorum ita graues  
in procu rationibus ſuis ſubditis exiſtunt, vt pro  
huiusmodi cauſa interdum ornamenta ecclesiastica  
ſubditi compellantur exponere, & longi tempo-  
ris vietum breuis hora consumat. Quocirca ſtatui-  
mus, quod archiepifcopi parochias visitantes, pro  
diuersitate prouinciarum, & facultatibus eccl-  
efiarum, quadraginta, vel quinquaginta euectio-  
niſ numerum non excedant: cardinales vero, vi-  
gintiquinque non excedant: epifcoli, viginti,  
vel trιginta nequaquam excedant: archidiaconi,  
quinque aut ſeptem: decani conſtituti ſub iſpis,  
duobus equis exiſtant contenti. Nec cum canibus  
venatoriis, & auibus profiſcantur, ſed ita proce-

<sup>Anno Christi  
1179.</sup> dant, ut non quæ sunt sua, sed quæ Iesu Christi,  
quærere videantur, nec sumptuosas epulas quærant,  
sed cum gratiarum actione recipiant quod  
honeste, & competenter fuerit illis ministratum.  
Prohibemus etiam, ne subditos suos talliis, & exac-  
tionibus episcopi grauare præsumant. Sustinemus  
autem pro multis necessitatibus, quæ aliquoties su-  
perueniunt, ut si manifesta, & rationabilis causa ex-  
titerit, cum caritate moderatum ab eis valeant auxi-  
lium postulare. Cum enim dicat Apostolus; *Non debent parentibus filii thesaurizare, sed parentes filiis:*  
*multum longe a paterna pietate videtur, si præ-*  
*positi suis subditis graues existant, quos in cun-*  
*cis necessitatibus pastoris more fouere debent.* Archidiaconi vero, siue decani nullas exactiones, vel  
tallias in presbyteros, seu clericos exercere præsu-  
mant. Sane quod de prædicto numero euectionis  
secundum tolerantiam dictum est, in illis locis  
poterit obseruari, in quibus ampliores sunt redi-  
tus & ecclesiæ facultates. In pauperioribus autem  
locis tantam volumus teneri mensuram, ut ex ac-  
cessu maiorum, \* minores non debeant grauiori:  
ne sub tali indulgentia illi, qui paucioribus equis uti  
solebant, hactenus plurimam sibi credant potesta-  
tem indultam.

Episcopus, si aliquem sine certo titulo, de quo  
necessaria vitæ percipiat, in diaconum, vel presby-  
terum ordinauerit, tamdiu necessaria ei submini-  
stret, donec in aliqua ei ecclesia conuenientia sti-  
pendia militiae clericalis assignet: nisi forte talis qui

*Concil. Tom. 27.*

Kkk ij